Fieri poteſt, ut plures Domini in caſu, quo de antiquitate non conſtat: Simul requiſiverint aut denunciaverint ſervitium, quo caſu gratificationi locus erit, ut in perſonâ ſerviat Vaſallus cui velit, *H. Piſt. d. loc. n. 57. Roſenth. d. c. 8. concl. 16. lit. c.* Quanquam alii vel digniorem vel ſeniorem vel magis conjunctum, vel à quo majus feudum habeat, præferendum eſſe dicant, relati ab *Andr. Kohl. d. tract. p. 2. n. 11. & ſeq.* Fit quoq; interdum, ut de Feudo vel ſucceſſione feudi contendant Domini plures, nec ullus ſit in juſtâ poſſeſſione: Vel de imperio duo pluresve æqualiter electi contendant: Quod olim eveniſſe Germanorum hiſtoria docet: Tutius erit hoc caſu nulli ſervitia præſtare adeoq; neutri præjudicare, donec deciſa legitimè res fuerit, *Roſenth. d. c. 8. concl. 9. n. 9.* Si quis autem juſtè poſſideat feudum; huic ſerviet Vaſallus, donec legitimè abrogatum eidem fuerit dominium directum *Kobl. d. p. 2. n. 89.* ſicut & eo caſu à ſervitio excuſatur Vaſallus, ſi Dominus feudi juſtè proſcriptus *c. un. 2. F. 27. pr.* vel bannitus aut excommunicatus excommunicatione majori, vel hæreticus fuerit, *Roſenth. d. c. 8. concl. 9. n. 3. & 6. Kohl. d. p. 2. n. 90. & ſeq.* Durante enim reatu & pœnâ à fidelitate liberatus eſt Vaſallus. *FF.*

eum-

commun. in c. un. 2. F. 22 pr. verbo infamia, quod tamen vocabulum de prædictis tantùm, non de quavis infamiâ Domini intelligunt, nã & infamiâ laboranti servire tenetur Vasallus: *Kobl. d. tract p. 2. n. 39. & seq.* quanquam & lectio d. c. incerta sit, & in plerisque Codicibus legatur, *infantia* quod textui magis congruere videtur: *vid gl. in d. c. un. & Rosenth. de Feud. c. 6. concl. 51.* quod si restitutus fuerit Dominus, Sacramento fidelitatis denuò obstringitur Vasallus, quo solutus anteà erat *d. c. un. 2. F. 28.* Deniq; de antiquiore Domino cujus hactenus sæpè facta est mentio, tenendum, eum non ex personâ Vasalli, sed ex formâ & qualitate ipsius feudi originali sive natura primordiali æstimandum esse, adeò ut si quis feudum novum acquisiverit à Domino eidemq; fidelitatem juraverit, postea feudum antiquum per successionem ad ipsum devolutum fuerit; non illius sed hujus feudi Dominus pro antiquiore habeatur: Ne ex personâ Vasalli heredis, qualitas originaria feudi antiqui mutetur in præjudicium Domini vid. *c. un. 2. F. 40. & H. Pist. d. lib. 2. p. 47. ubi n. 40. & seqq.* inter alia ad probandam assertionem utitur inductione capituli, *un. 2. F. 52. §.* Satis benè, eumq; § cum ijsdem ferè verbis referatur in *c. ex mord. 2. F. 93.* nec eo loco in quibusdam libris reperiatur; ut glossa notat *in d. c. 52. §.* quoniam in verb. *justa causa*, nec verba ipsa satis conveniant, non pro constitutione Lotharij habendam esse existimat, secutus Cujacium & Hotom. sed pro assertione JCti cujusdam, quæ per imperitiam illuc translata fuerit. Conf. de feudi antiqui definitione, *Andr. Kobl. d. tr. p. 3. n. 49. & seq.*

VI. Adversus omnem hominem, uti jurat, ita servitia præstare tenetur Vasallus, excepto Imperatore vel Rege, *c. un. 2. F. 7.* & antiquiore Domino *c. un. 2. F. 28. in f.* Ex cujus Regulæ generalitate & subjunctâ Exceptione, quæ Regulam confirmat in casibus non exceptis, dicendum est, adversus cognatos quoq; amicos, fratres, liberos, parentes à Vasallo servitia præstanda esse, quod & velle censetur Feudista *in d. c. un. 2. F. 28.* dum ampliationis loco Fratrem & filium & Patrem subjungit. Lectionem ipsam quidem in dubium vocat Cujac. & in vetustiori quodam Codice eam non reperiri asserit: Quam ambiguitatem hæc auget conjectura quod nec glossa ad verbulum illud, *& patrem*, nihil commentata est, & Editori Go- *Contra Quos præstanda?*

 tho-

thofredo virgulis eandem voculam tanquam suspectam includere placuit. Verum, cum interpretes communiter hanc vocem retineant, teste *Rosenth. c. 5. concl. 14. n. 8.* utq; & efficacia Juramenti à Vasallo contra omnes Excepto Imperatore & antiquiore Domino præstiti maxima sit, & alias ex pari pietatis & charitatis vinculo ac debito, vocula, *& filium*, itidem expungenda esset. Ideo inhæremus Lectioni constanti: Ne tamen Juri divino & naturali pietati adversetur: Ob quam causam alii rejiciendum omnino textum illum censent, *Hunn. in Tract. Feud. c. 15.* dicimus cum *Vult. 1. de Feud. c. 10. n. 33.* eum non ita crudè, prout sonat, sed civiliter accipiendum esse, Vasallum nimirum servitia præstare posse Domino adversus patri, si exhibito illo servitio non lædatur Jus divinum aut naturale; quæ læsio non evenit, si & causa & modus consideretur & observetur: causa, si pater & filius ipsi Jus naturale impugnẽt, eoq; ipso indignos se reddant, qui jure naturali juventur, si religionem Christianam oppugnent, si dominum contra omnia jura offendant *vid. post alios Finckelth. disp. 50. q. 8.* modus, ut cogitet Vasallus se patrem vel filium esse ejus, contra quem servitia præstare debet Domino; adeoq; vel mitius agat, cũ eo qui arctissimo naturæ vinculo junctus est, vel per substitutum serviat; aut beneficium quod à Domino habet penitus in manum ejus refutet, quod ei permissum *in c. un. 2. F. 28. vid. prolixè Andr. Kobl. d. tract. p. 5. n. 5. & seqq.* Porro ob [illegible] *d. c. un. 2. F. 28. § fin.* nec uxorem Vasalli excipimus, præsuppositis tamen terminis æquè habilibus, si injusta prorsus machinetur contra Dominum, nec posteriorem Dominum, contra quem [illegible] Dominus regulariter juvandus est *Assert. praced.* nec Dominum [illegible]diatum vel majorem à quo Vasallus sub investiens causam habet. Si is Dominum immediatum sub Vasalli iniquè offenderit, cum hujus principaliter Vasallus sit non illius *Rosenthal. c. 5. concl. 4. 17. Andr. Kobl. d. tr. p. 3. n. 21.* Necessariò tamen pietatis ratione præter Imperatorem (cui & Principem Imperii in territorio suo comparamus) & antiquiorem Dominum, excipimus quoq; parentes, liberos, uxorem. Si pietas naturalis ultra casus nimirum superius definitos, illa Servitiorum præstatione non possit non lædi; patriam item quam charitate parentum anteferendam esse Sapientissimi

gent-

gentilium censuerunt: Deniq; Vasallum ipsum, qui adversus se Dominum non juvabit; nec ad tale quid, accipiendo feudum, obligare se voluisse censetur, unde nec defensionem sui ipsius & suorũ Vasallo denegabimus adversus Dominum, qui injustè illum offendere præsumpserit. Quam justam defensionem, tum ratio naturalis, tum mutua Domini & Vasalli obligatio *c. un. 2. F. 6.* suadet. videantur de exceptionibus his *Vult. 1. de feud. c. 10. n. 27. & seqq.* & Feudorum interpretes passim.

VII. Ad locum & tempus servitiorum præstandorum, quædam deinceps exponenda sunt. Comparebit Vasallus in loco, quẽ Dominus indixerit. Si de loco nihil expresserit, domicilij locum adibit, aut ubi Dominum commorari cognoverit. Imo & extra territorium Domini sequetur Vasallus. Id enim generaliter & juratò promisit in *c. un. 2. F. 7. adde c. un. 2. F. 107.* & profectò, si extra ditionem sequi non cogeretur Vasallus; Dominus prævenire non poterit hostem, destitutus Vasallorum auxilio; sed eundem in ipsis ditionis suæ visceribus expectare compelletur, quod naturalis & status sui ratio fermè dissuadet. Tempus tùm in causa notamus, tum in requisitione, quorum utrumq; ut concurrat necesse est: Causa Domini notorie justa sit. Nam *si scivero* (hisce conceptis verbis jurat Vasallo) *te velle justè aliquem offendere &c. meum tibi, sicut potero, præstabo auxilium: c. un. 2. F. 7.* & Domino guerram alicui faciente, si sciatur, quòd justè, Vasallus eum adjuvare tenetur ait Feudista *in c. un. 2. F. 28. pr.* Quid si de justitia vel injustitia causæ nondum constet? cum præsumptio pro Domino militet, regulariter eum justam causam fovere, neq; Vasallo inquirere, an rationes Domini integrum sit: nihilominus præstare Servitia tenetur. At in causa notorie injusta, sive ut Feudista loquitur: si palam sit, Quod irrationabiliter guerram fecerit Dominus, adjuvabit eum, non ad offendendum alterum; sed ad defendendum Dominum. *d. c. un. 2. F. 28. pr.* si scilicet contingat hunc, ab eo quem injustè lacessiverat, post modum invadi & in summam necessitatem cogi: Cur enim exui bonis, aut vi-

Ubi; Quãdo. & in quâ causa.

Schenck, qui verbum, *si vult*, *in d. c. 28. pr.* ad defensionem refert, non ad offensionem, rectè & ex natura, contextu & fide librorum disputat. Requisitionem præterea præsupponimus, ut tunc demùm servitia Vasallus exhibeat, si vel generaliter vel specialiter fuerit requisitus. *d. c. un. 2. F. 7.* non enim cogitur Vasallus Dominum adire & servitiũ ei offerre. *c. un. 2. F. 7. in fin. c. un. 2. F. 24. § adhuc c. un. 2. F. 55. § firmiter:* ibi, *indicta publica expeditione* vocatus, idque adeo, quia quid Domino immineat, non semper nosse potest Vasallus, aut si noverit, Dominum indigere auxilio, qui scire poterit, an ipsius opera uti velit, & non potius alijs adminiculis expedire se & liberare? Si tamen magnum periculum, Domino imminere sciat, ultro adjutorium suum ei præbere debet: Verba sunt Feudistæ *in c. un. 2. F. 26. §. licet*, cum præsentissimi periculi magnitudo, pro Domino interpellet; alias feudo privabitur, si Dominum ita periclitantem, non adjuverit *c. un. F. 28. § 1. in fin.* Quomodo autem requisitio hæc fiat, an per mandatum vel literas Evocatorias, Auffgebothsbrieff / an per sonum tympani aut tubæ, mores cujusq; *Regionis inducunt.* Id quoq; non interest, an ipse Dominus an ejus mandato alius, etiam qui unus est ex paribus Curiæ, denunciaverit. Citra Domini a. mandatum, tertius frustra requiret Vasallum.

, VIII. Ita requisitus Vasallus promtissime sua explicabit

& Servitia, in casibus tùm necessitatis tùm honestatis in ehren und

Ser- nothfällen / putà, si splendidiore apparatu in honorem Domini o-

m., pus sit. Nihilq; omittet, quod tùm ad res, tum ad salutem Domi-

do- ni conferre possit, & ad res quidem, Domini officia exequetur Vasallus, non tantùm justè retinendas aut recuperandas, si injustè vel fortuito casu amiserit: Quod utrumq; exprimit: *Feudista in c. un. 2. F. 7.* verum etiam de novo licite acquirendas, quod æque inducit, & generalitas verborum, ibi, *rem, quam habes vel habebis*, & generalis nexus Servilis præstandi suadet. vid. *Andr. Kohl. d. tract. p. 4. n. 68.* Salutem Domini ita concreditam sibi habeat Vasallus, ut & denunciet, si quod periculum imminere sciat: & nè fiat, pro posse suo impedimentum præstet: Et in præsenti periculo juvabit Dominum armis, manu, clamore, objectu corporis, Quod Mauritio Saxonico, Laudatissimo Principi, Nobilem quendam præstitisse;

Schel-

Sleidanus refert lib. 15. in pr. nec deſeret in prælio Dominum, niſi mortuum vel ad mortem vulneratum *c. un. 1. F. 5. pr.* Sciturus, pœnam amiſſionis Feudi imminere, ſi Dominum à morte liberare potuerit nec fecerit. *c. un. 2. F. 39. in f.* Quod tamen ita intelligendum eſt: ſi abſq; præſentiſſimo vitæ ſuæ periculo fieri poſſit. Alias ſi videas: Vaſallus, non ſaltem anceps eſſe periculum, ſed neceſſario vel ſibi pereundum eſſe vel Domino, ordinatæ caritatis regulam ſequetur, & ſalutem ſuam vitæ Domini præferet. Quod communiter reſolvere *Dd. teſte Vaſq. 1. Illuſtr. Controv. c. 11.* Et rectiſſimè, cum nec ea præſumatur intentio fuiſſe Vaſalli, ad hos quoq; terminos extremos obligare ſe volentis, neq; ad ſupremũ iſtud fidelitatis officiũ, Feudi accepti, ſæpè modici, aliqua ſit comparatio, nec deniq; à Servis, qui quidem ſaluti Dominorum ſuam anteponere non debent. *l. 1. §. juxta hor 24. ff. ad SC. Syllan.* Argumentum ad Vaſallũ, ob diverſiſſimam utriusq; rationem duci debeat. *Vid. Andr. Kobl. d. tract. p. 4. n. 21. & ſeqq.* Quod ſi uno eodemq; tempore contingat & patrem aut filium, Et Dominum, modo non inter ſe ipſos rem habeant, in vitæ periculo conſtitutos eſſe; Fortius illud inſitæ affectionis vinculum compellet Vaſallum, ut patri aut filio potius ſuccurrat, quam Domino, Neq; enim acceptione feudi naturali affectu exuere ſe in tali caſu voluiſſe cenſetur.

Cujꝰ ſumptibus Servitia præſtanda?

LX. Cujus tandem ſumptibus, præſtare ſervitia debeat Vaſallus impeditum maximè eſt: Alij regulariter ſumptibus Domini illud, fieri debere contendunt, tam in territorio Domini, quàm extra illud, quos ſequitur *[illegible] Diſſ. Feud. 9. θ. 9.* Alij ſumptus Vaſallo injungunt. Nos, mediis extremis his, ſi nec pacto inveſtituræ Quod legem dat negotio *l. 23. ff. d. Reg. Jur.* nec more Regionis aliud ſpecialiter inductum, ipſum tamen Feudum ita comparatum ſit, ut ferendis ſumptibus ſufficiat, mediâ viâ incedemus, nec uni ſemper, ſed utriq; nunc Domino, nunc Vaſallo, hoc onus incumbere, cum communi & receptiſſima Dd. ſententiâ ſtatuimus, *Vaſallo quidem* ſi intra ditionem Domini ſerviendum ſit, æquum enim eſt, ut

cedendo Feudum, ut habeat personam certam, quæ Servitia præstet, Sed ut noverit etiam, unde sumptus accipiendi sint, [illegible] persona & Feudum ipsum necessitatibus Domini subvenire possit. *Domino autem*, si ipsi negotium sit extra territorium, Quanquam enim rationes modo dictæ, in hoc quoque casu Vasallum, ad sumptus suos adstringere videantur, attamen cum duplici onere gravetur Vasallus, dum & abesse à domo sua cogitur, & sumptu suo extra territorium degere, ad quod obligare se voluisse non intelligitur, non iniquum certe erit, Dominum subministrare sumptus. *Kobl. d. p. 6. n. 7. & seqq.* ubi. n. 20. casus excipit: Quo Imperator vel Romam, Coronæ accipiendæ Causâ, vel adversus hostem Imperij, expeditionem suscipit. Tunc enim comitatur Vasallus, etiam extra Imperium sumpto suo, quod probat ratio prohibitæ alienationis, addita in *c. un. F. 55. pr.* ne scil. exutis beneficio militibus & honor Imperij & felicis illius expeditionis complementum [illegible] Textum illum in hac quæstione satis famosum, in *c. un. F.* [illegible] in quo fundamentum potissimum ponunt qui Domino sumptuum onus indistinctè, in territorio suo & extra illud incumbere statuunt, vel ut extraordinarium non adeo attendimus, vel vocula[illegible] *me*, ibi non pro implicativa casus magis dubitabilis, qui quidem alias ferè genius hujus vocis est, habemus, cùm jus commune & supra adductæ rationes, diversum suadeant, vid. *Kobl. d. l.* [illegible] vel denique de casu accipimus, quo feudum non fuit sufficiens, [illegible] eorum fermè opinio obtinet qui sumptus ex bonis Domini requirunt *vid. text.* [illegible] *c. 4. Schneidew. de Feud. p. 5. n.* [illegible] *decis. 82. n. 4. & seqq.* sicut eodem Iure: majore æquitatis ratione inductum est, ut Dominus Vasallo damnum, quod occasione Serviciorum exhibitorum passus est, resarciat. Et antequam id fiat, eum ad servitia adigere non possit. [illegible] *d.* [illegible] *& 67.* Imò & captum ab hostibus liberare debet, pretio redemptionis, non ad dignitatem aut qualitatem Domini, sed ad statum Vasalli æstimando *Schneidew. d. p. 5. n. 99.* adde. *Gothofr.* [illegible] *D. F. 7. 8. 6.* De jure communi verò ad refusionem damnorum non tenetur Dominus, ex stricta illa ratione, quod & Vasallus obligatus sit ad Servitia, & Domino nihil imputari queat, qui nihil hic vel dolo vel culpâ admisit. Adde *Kobl. p. 6. n. 47.*

n. 27. ubi rectè aliud decidendum esse ait. Si Vasallus aliàs Francus, Domino sponte servitia præstiterit.

5. De Jure agnatorum quod in feudo habent, exponendum postremo aliquid est, quod potissimum in feudi alienati revocatione consistit. Hæc materia adeo intricata est, ut confessus olim Carol. Molin. præclariss. JCtus fuerit, se in isto puncto, quanto plura legat, tanto minus discernere posse, quæ sit crebrior opinio, adeo Doctores Doctoribus, imò eosdem sibi ipsis contradicere Teste *Dan. Mollero ad Const. Elect. Aug. 46 p. 2 n. 12.* Nos ita rem totam tractabimus, ut quando & in quibus alienationibus locum habeat revocatio, quibus modis, & requisitis procedat, quibus competat, quibus in feudis & quo effectu, dispiciamus. *De Revocatione feudi.*

§. 1. In alienatione feudi locum habet revocatio, non quavis, sed in ea tantum, quæ licitè facta, id est adhibito Consensu Domini, illicite enim alienatum feudum ad Dominum revertitur de Jure communi *c. un. 1. F. 5. c. un. 2. F. 24. §. ult. & un. 2. F. 55.* Quod ita accipiendum est, ut penes Dominum tamdiù permaneat utile Dominium feudi directo consolidatum, quamdiu Vasallus alienator in vivis est. Eo a. extincto ad agnatos revertatur, quibus facto suo præjudicium inferre non potuit Vasallus, quam sententiam ut æquiorem defendit *H. Pistor. l. 2. q. 17. contra Sonsbec. & alios* quos sequitur *Berlich. p. 2. Conclus. 59. n. 15. & seqq.* Cujus rationibus pro firmanda illa assertione de perpetua agnatorum exclusione adductis, quod textus juris feudalis de feudo ad Dominum devoluto indistinctè loquantur, quod liberè ad Dominum reverti dicatur feudum. *in c. un. 2. F. 55. pr. vers. similiter* & quod agnatis aliquid imputandum sit, qui alienationem impedire potuerint, satisfieri posse, ut discursu forte videbimus; utique & cum liberè reverti dicitur feudum ad Dominum, etiamsi non perpetuo penes eum remaneat exclusis agnatis, quibus ut aliquid imputetur, tanta privationis pœna dignum, nulla ratio satis justa suadet. De Jure Senonino quid olim obti-

§. 2. Porro nec in quavis alienatione licita, locum habet revocatio feudi, sed in illa tantum, quæ facta fuit ex causa onerosa & quidem emptionis venditionis; Nam nec permutationis causa locum revocationi facit *vid. Dan. Moll. ad Constit. El. 32 p. 2 n. 12.* Vogel. Pingit. Q. §27. 36. Multò minus in causa lucrativa, si feudum alteri donatum aut in feudum datum fuerit, revocatio obtinebit *vid. c. un. 2. F. 3. §. 1. H. Pistor. d. lib. 2. q. 12.*

§. 3. Duobus a. modis revocatio feudi procedit, vel ex *jure protimiseos*, sive retractus & congrui, quod exercetur, tum prohibendo, ne feudū vendatur, tum repetendo si feudum jam venditum sit *c. un. 2. F. 3.* vel ex jure successionis *H. Pistor. d. lib. 2. q. 5. n. 16. Vult. de feud. c. 11. n. 50. Gothofr. Anton. de f. [illegible] § 1.* Differentias utriusq; ex sequentibus, quibus & requisita Revocationis involuta sunt, notare licebit; Jure protimiseos revocatio fit vivo adhuc alienatore, quanquam nec post mortem ejus, ex hoc capite revocare prohibeatur agnatus *Gothofr. Ant. d. f. 10 § 1, in fin.* Confer Constit. El. Aug. 48. p. 2. Jure Successionis demum post mortem ejus. Illo jure intra annum revocatio feudi instituenda, sive remotiori agnato venditum fuerit feudum, sive prorsus extraneo ob generalitatem *c. un. 2. F. 26. § Titius H. Pistor. d. q. 12. n. 22.* contra glosā & DD. qui priori quidem casu annum requirunt posteriori vero ad 30. annos actionem revocatoriam extendunt, eaq; sententia & olim recepta fuit in Constit. El. Aug. 50. p. 2. à qua tamen recessum in ordinat. Torg. Tit. Agnaten und mitbelehnten §. So viel erstlich. Hoc jure, successionis nimirum, intra 30. annos, Similiter indistincte, sive remotior agnatus ex venditione teneat feudum; sive Extraneus, contra glossam & veteres qui illo casu revocatoriam ex capite successionis anno incluserunt, hoc, annis 30. terminarunt; *vid. H. Pist. d. q. 12. n. 22. & Vult. d. c. 11. n. 105.* Ordin. Torg. d. loc.

§. 4. Currit annale illud spacium ex quo scivit contractum illum venditionis esse celebratum *d. §. Titius in fin.* mox enim ab eo tempore facultatem agendi habuit revocaturus. Ideo ab eo, nec demum à die factæ traditionis præscriptionem currere equum est, non interrumpendam extrajudiciali interpellatione, nec citatione sed Contestatione litis, *H. Pistor d. q. 12. n. 44 & seq.* tricennalis

tem-

num spatiū à morte alienatoris numeret, nulla dubitatio est, confer Ordin. d. l. ibi nach absterben des alienantis innerhalb dreissig Jahren adeo ut per inadvertentiam scripserit *Vult. d. c. 11. n. 44.* quod computari incipiat id tempus à morte ejus, *in quem feudum alienatum est*, cum los eum scribere voluisse. *à quo alienatum est*, probet allegatus ab ipso *H. Pist. lib. 2. quæst. 5. n. 40.*

§. 5. Deniq; & illa juris prædicti utriusq; notabilis est differentia. Jure *protimiseos* si revocetur feudum, precium restituendū est *d. § Titius* quantumcunq; dederit emtor, etiamsi quantitatem justi pretij excedat, *arg. c. un. 2. F. 9. ibi pro æquali pretio item pretio si quod dedit & c. un. 2 F. 9.* add. Constit. elect. Aug. 51. p. 2. Precium autem illud non sufficit promitti tantum, etiam sub conditione pignoratitiâ vel fidejussoriâ, sed realiter offerri & exsolvi necesse est, *c. un. 2 F. 9. ibi reddito accepto c. un. 2. F. 26. § Titius ibi pretio reddito* & quidem unâ cum sumtibus meliorationum Constit. Elect. Aug. 51. *pr. in fin.* absq; usuris tamen *Dn. Carpzov part. 2. Const. Elect. 49. def. 2. in fin.* Jure successionis cum revocatur feudum, pretij refusione opus non est *d. c. un 2 F. 26. § Titius* adde *Const. Elect 49 p. 2. d. Ordin. Torg.* §. So viel c. [illegible].

§. 6. Datur hæc actio revocatoria feudi (quam vel utilem rei vindicationem vel condictionem ex LL. sive moribus feudorum dicimus, *Gothofr. Ant. disp. F. 10 th. 2. lit. C. & d. 13. th. 8.*) agnatis, non omnibus, sed ei qui proximior est, non alienationis, sed revocationis tempore, post eum, cæteris deinceps ordine successivo, sive feudum ex jure successionis revocetur, sive ex jure protimiseos; Nam hoc quoq; casu, post proximiorem, si is consenserit alienationi, sequens revocabit; quippe cui Jus illud nullibi ademptum est, adde Constitut. Friderici Imp. de Jure protimiseos, Eaq; Sententia communis est *Schrad. de feud. p. 8. c. 7. n. 58.* à quâ recessit *H. Pist. d. q. 18. n. 65. & seq.* cujus rationibus satisfieri posse existimamus vid. *Dn. Carpz. ad d. const. 49. def. 7.* Revocabunt e. agnati, nisi consenserint & qui-

[illegible] fuerit; sive cum quadam hæreditaria qualitate, pro se & filiis & hæredibus datū, quod vulgo hæreditarium merū appellant, hoc n. [illegible] naturæ prioris retinet, latissimè *H. Pist. d. l. 2. q. 14.* Mere hæreditarium non revocari *d. q. 14. n. 1.* neq; novum feudum, nisi vel jure feudi antiqui concessum, vel ipsi de eodem investiti fuerint. Jure Saxonico quomodo simultanei investiti feudum tam novum quam antiquum revocare possint, sive hæredes fuerint sive non: sive inventarium confecerint, sive minus videas, in *d. Ordin. Torg.* [illegible] gnaten vnd Mitbelehnten. De filio, an feudum, quod pater consensu Domini impetrato alienavit, revocare possit: acerrima disceptatio est. Affirmativa communiter placuit, quod & filius sit agnatus, cui pater præjudicare non possit. nulla ejus ordinatione in feudo valente *c. un. 1. F. 8 pr. vid.* [illegible] *feud. c. 8. conclus. 88 Berlich p. 2. concl. 51 n. 81 & seqq. F*[illegible] *d. § 10 q. 1.* Negativam tuetur. *H. Pist. d. lib. 2. q. 4. n. 44. & seqq. & q. 13 n. 31 & seqq.* cui accedimus, tum quia nec textibus destituitur hæc assertio: *vid. tex. in c. un. 2. F. 26. §. Titius. & §. si Vasallus seq.* nec ratione: Nam ex persona patris, feudum quodammodo capiunt filij. Unde & patruum, qui avo proximior est, excludunt: æquum igitur, ut factum patris præstent, nec ullo modo impugnent. Tum quia comprobata & confirmata est eadem assertio in Ordinatione Torgav. d. loc. §. Setzen ordnen vnd wollen demnach quanquam aliud obtineat, extra Electoratum & Jure communi, *vid. Berlich. p. 2. conclus. 58. n. 28. & seqq.* Quod si Feudum æque principaliter filiis concessum fuerit, ita ut nomina filiorum propria expresserit investiens vel contemplatione filiorū patri concesserit feudū; Eo casu filijs feudum ex [illegible] concedentis habentibus revocatio denegenda non erit. Confer Constit. Elect. publicè non promulgatam. *ap. Dn. Carpz. ad d. constit. 43 def. 10.*

§ 7. Denique feudo revocato, utile quidem dominium & possessionem acquirunt Agnati aut simultanee investiti. Emptori autem si bona fide ignoranti feudum esse, licitè emerit, regressus datur adversus venditorem ejusque heredes, de Evictione, licet de ea [illegible] sibi non caverit: non item, si sciens feudum esse emerit, nisi vel [illegible], in casum revocationis, vel universaliter eam promiserit Venditor; pretium tamen ab eo recuperabit. *arg. l.* [illegible] *C. communia de legat.* adde [illegible] si scilicet licitè emerit, cū consensu Domini. Nam, [illegible] de Evictione agit. quamvis promissa, ideò quia [illegible] adversus Legem commissum [illegible] *C. de feud.* neque pretium recipit. quod tamen bonæ fidei Emptor hoc quoque casu consequitur, *c. un.* [illegible] *un. 2. F.* [illegible]

Ordin. Torg. d. loc. §. Wenn aber nun *Berlich. d. p. 2 concl.* [illegible]